

AB

154472



fron 400

00
Kw

0A


0

früh 500

VA

0





 **BEL**

L V M P E R D E S .

E R A S . R O T E :

R O

D A M V M

ex lib. Joh. Hier?

Apud Sanctam Coloniā. AN.

M. D. XXIII. Mense

Octobri.





AB: 154472

L. 12

FAVTOREDES.
ERAS. ROT.

DVLCE BELLVM
INEXPERTIS.



T elegans
cum primis,
et multorum
literis cele-
bratum ada-
gium est.
γλυκὺς ἄ-
πέριω πό-
λεμος, id
est. Dulce

bellum inexperto. Sunt quaedam in rebus
mortalium, quae quantum habeant discriminis
ac malorum, non intelligas, nisi factop eri-
culo. Dulcis in expertis cultura potentis ami-

A ij ci. Ex

B E L L V M

fucus rerum

πεδοοοο
μαοια

Belli pernicius

ci. Expertus metuit. Bella res & splendida uidetur, in-
ter aulicos obambulare proceres, in regijs uersari ne-
gocijs, at senes, quibus usu penitus cognita res est, ab
ea felicitate libenter abstinent. Suaue uidetur, amare
puellas, sed ijs qui nondum senserunt, quantum amori
insit amari. Ad eundem item modum accommodari po-
terit, ad quoduis negocium multo cum periculo, mul-
tisq; coniuictum malis, quod nemo uelit capessere, nisi
iuuenis, & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in
Rhetoricis hanc adfert causam, cur iuuenta sit audaci-
or, contra senecta timidior, quod illis imperitia rerum
confidentiam pariat, his multorum experientia malo-
rum, timiditatem & contationem. Quod si quicquam
est in rebus mortalium, quod contanter aggredi conue-
niat, immo quod oporteat modis omnibus fugere, de-
precari, propellere, certe bellum est, quo non alia res
uel magis impia, uel calamitosior, uel latius pernicio-
sa, uel haerens tenacius, uel tetrior, & in totum homine
indignior, ut ne dicam Christiano. At dictu mirum. q̄
hodie passim, q̄ temere, q̄ quauis de causa, suscipitur, q̄
immaniter ac barbarice geritur, non tantum ab ethni-
cis, uerumetiam a Christianis, nec prophanis modo, ue-
rumetiam a sacerdotibus & episcopis, nec solum a iu-
uenibus & imperitis, uerumetiam a senibus, & toties
expertis, nec a plebeis tantum & uulgo natura mobi-
li, sed potissimum a principibus, quorum officium erat,
teme

PER ERASMI ROT.

temerarios stultæ multitudinis motus, sapiëntia, ratio
 neq; componere. Neq; desunt Iureconsulti ac Theolo-
 gi, qui ad ista tam nefaria, faces admouent, & frigi- Parcemia.
 dam (quod aiunt) suffundunt. Quibus rebus fit, ut nunc
 bellum adeo recepta res sit, ut demirentur homines esse
 cui non placeat. Adeo probata, ut impium ac pene di-
 xerim hæreticum sit, improbasse rem unam omnium,
 ut sceleratissimam, ita miserissimam quoq; At quanto
 iustius erat illud demirari, q̄s malus genius, quæ pestis,
 quæ intemperia, quæ furia, primum in hominis mentē
 immiserit, rem usq; adeo beluinam, ut placidum illud a-
 nimal, quod natura paci beneuolentiæq; genuit, quod
 unum omnium saluti prodidit, tam ferina uesania, tam
 insanis tumultibus in mutuam rueret perniciem. Id
 quod magis etiam admirabitur, quisquis animum a uul-
 go receptis opinionibus, ad ipsam rerum uim & natu-
 ram perspicendam conuerterit, ac seorsum hinc homi-
 nis imaginem, hinc belli simulacrum uere philosophi-
 cis oculis aliquantisper contempletur. Primum igitur,
 si quis habitum modo figuramq; corporis humani con-
 sideret, an non protinus intellecturus est, naturam uel
 potius deum, animal hoc non bello, sed amicitia: nō exi-
 tio, sed saluti: non iniuriæ, sed beneficentiæ genuisse?
 Nam cæterorum animantium suis unumquodq; instru-
 xit armis. Taurorum impetus armauit cornibus, Leo-
 num rabiem unguibus, Apris fulmineos affixit dentes,
 A iij Ele.

Hominis
 effigies. *betat bellu*

anima animaliu

B E L L V M

Elephantos præter cutem & molem, promuscide quo
 q̄ tutatus est, Crocodilum cutis uelut laminis commu-
 niuit, Delphinis teli uice pinnas addidit, Histricem spi-
 nis, Raiam aculeis defendit, Gallis calcar addidit. Alia
 testis, alia Corio, alia Cortice, cōmuniuit. Sunt quorum
 incolumitati, pernecitate prospexit, ueluti columbis.
 Sunt rursus, quibus uenenum teli uice tribuit. Addidit
 his speciem terram ac beluinam, addidit oculos truces,
 uocis stridorem. Inscuit natiua quædam dissidia. So-
 lum hominem nudum produxit, imbecillem, tenerum,
 incrimem, mollissima carne, cute leui. Nihil usquam in
 membris, quod ad pugnam, aut uiolentiam datum uide-
 ri possit, ut ne dicam interim, quod cetera fere, sta-
 tim, ut nata sunt, sibi sufficiunt ad uitam tuendam, so-
 lus homo sic prodit, ut multo tempore totus a subsidio
 pendeat alieno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec cibum
 capere, uagitu tantum implorat opem, ut uel hinc con-
 iji possit, solum hoc animal totum amicitie nasci, quæ
 mutuis officijs & coit, & coheret potissimum. Prom-
 de natura uoluit hominem uitæ munus, non tam sibi, q̄
 beneuolentie acceptum ferre, quo uidelicet intellige-
 ret sese gratijs esse dicatū ac necessitudini. Tum spe-
 ciem dedit non tetram & horridam uti cæteris, sed mi-
 tem ac placidam, amoris ac beneuolentie notas præ se
 ferentē. Tribuit oculos amicos, & in his animi signa.
 Dedit brachiorum sinus ad cōplexum. Dedit osculi sen-
 sum

homo nudus

PERDES. ERAS ROT.

sum, quo ceu copularentur, et sese contingerent animi.
Vni risum attribuit, alacritatis indicatiū Vni lachrymas
dementiae & misericordiae symbolū. Quin & uocem
dedit, non minacem & horrendā, sicuti beluis, sed ami-
cam & blandam. Nec his contenta natura. sermonis et
rationis usum uni tribuit, quae quidem res ad parandā
& alendā beneuolentiam in primis ualet, ne quid om-
nino per uim inter homines gereretur. Inseuit odiū so-
litudinis, amorem sodalitatis. Indidit penitus beneuo-
lentiae semina. Fecit ut quod est saluberrimum, idē sit
& suauissimū. Quid enim amico iucundius? At rursum
quid aequē necessarium? Proinde si maxīe liceret abs-
q; mutuo cōmercio cōmode uitam agere, nihil tamen
iucundū uideri possit absq; socio, nisi si quis prorsus ho-
minē exuerit, & in beluam degenerarit. Addidit insup
liberaliū disciplinarū studium, & cognitionis ardorē,
quae res ut potissimū abducit hominis ingeniū ab omni
feritate, ita ad conciliandas necessitudines praecipuan-
tium habet. Siquidē nec affinitas, nec sanguinis propin-
quitas arctioribus, aut firmioribus amicitiae uinculis a-
stringit anīos, q̄ societas honestorū studiorū. Sup hac,
admirabili quadam uarietate, dotes tum animorū, tum
corporū inter mortales p̄tita est, nimirū ut singuli in
singulis inuenirent, q̄ uel amarēt ac suspicerēt ob ex-
cellētīā, uel ob usum & necessitatē ambirēt et aplecte-
rētur. Deniq; indidit diuinae mētis scintillulā, ut nulla

etiam

caō et sermo

B E L L V M

Belli simu-
lacrum.

etiam ostenso premio, tamen per se iuuet benemereri
de omnibus. Id enim deo maxime proprium ac natura-
le, suo beneficio consulere uniuersis. Alioqui qd illud
est, quod haud uulgarem animo sentimus uoluptatem,
ubi quem per nos seruatum intelligimus? Proinde deus
in hoc mundo uelut simulacrum quoddam sui consti-
tuit hominem, ut ceu terrenum quoddam numen, saluti
prospiceret omnium. Sentiunt hoc ipsa etiam bruta, cū
uideamus non mitia solum, uerum etiā Pardos & Leo-
nes, & his immitiores beluas, in magnis periculis ad
hominis opem confugere. Hoc extremum omnibus
asylum, haec ara est uniuersis. Hominis effigiem ut cū-
q; depinximus. Nunc belli simulacrum ex aduerso cū
hac, si uidetur, componamus. Iam igitur uidere te puta,
barbaras cohortes, ipso uultu sonoq; uocis horrendas,
hinc atq; hinc instructas ferratas acies, formidabilem
armorum crepitum, simul & fulgorem, inamabilem
tantae multitudinis fremitum, oculos minaces, rauca
cornua, terrificum Tarantarae cantum, bombardarū
tonitrua, non minus formidolosa feris, sed magis no-
xia, clamorem insanum, concursum furiosum, immanē
laniationem, cadentium & occidentiū crudeles uices,
congestas strages, undantes cruore campos, fluuios
humano tinctos sanguine. Fit interea nonnunquam,
ut frater incidat in fratrem, affinis in affinem, amicus
in amicum, & communi furore iam debacchante, in e-
ius

PER ERASMI ROT.

ius uiscera stringit ferrum, a quo ne uerbo quidem unquam fuerit laesus. Deniq; tantum malorum habet illa Tragoedia, ut a commemoratione quoq; peccus humanum abhorreat. Ut interim non referam, illa uulgaria praehis, leuiaq; protritas passim segetes, exustas uillas, incensos pagos, abacta pecora, constupratas uirgines, tractos in captiuitatem senes, direpta phana, latrocinij, praedationibus, uiolentia plena omnia. Utq; taceam illa, quae felicissimum etiam ac iustissimum bellum consequi solent. Expilatam plebem, oneratos proceres tot senes orbos, & simul in caede liberorum occisos, tot anus destitutas, & crudelius quam ferro peremptas, tot matronas uiduas, tot liberos orphanos, tot domos finestas, tot opulentos ad inopiam redactos. Nam de morum pernicie quid attinet loqui, cum nemo nesciat uniuersam uitae pestem, semel e bello proficisci? Hinc pietatis contemptus, hinc legum neglectus, hinc ad quoduis audendum sceleris promptus animus. Hoc fonte nobis tam ingens latronum, raptorum, sacrilegorum, percussorum turba scatet. Et quod est omnium grauissimum haec tam exitialis pestilentia, nescit se suis continere spacijs. Sed in uno quopiam angulo nata, non solum finitimas regiones ueluti contagio peruadit, uerumetiam procul semotas, uel mercede, uel per affinitatis, aut foederis occasionem, in coem tumultum, ac rerum tempestatem pertrahit. Quinetiam bellum e bello seritur, e

B V Simula

belli insolentia

mora corruptio

B E L L U M

simulato uerū, e pusillo maximum exoritur, neq; raro
 solet in his accidere, q̄ de Lernæo monstro fabulis pro-
 ditū est. Hisce de causis opinor, ueteres illi poetæ, q̄ re-
 rum uim ac naturā, & sagacissime p̄spexerunt, & ap-
 tissimis figmentis adumbrarunt, tradidere bellū ab in-
 feris immitti, idq; furiarū ministerio, neq; q̄libet furi-
 am ad hoc negocij conficiendū, esse idoneā. Deligitur
 oim pestilentissima, cui nomina mille, mille nocēdi ar-
 tes. Hæc innumeris armata colubris, tartarea buccina
 præcinit. Pan insano tumultu cōplet uniuersa. Bellona
 furiosum quatit flagellū. Furor impius, ruptis omnibus
 uinculorū nodis, euolat horridus ore cruento. Neq; non
 uiderunt hæc grammatici, quorū alij bellum κατ' ἀντι-
 φρασιον dictum uolūt, quod nihil habeat neq; bonū, ne-
 q; bellū, nec alia rōne bellum esse bellū, q̄ furias Eume-
 nides. Alij malunt a belua deductū, quod beluarū sit, nō
 hominū in mutuū exitium congregari. At mihi sane plus
 q̄ ferinum, plusq; belluinū esse uidetur, armis conflige-
 re. Primum enim pleraq; brutorū animantium in suo
 quodq; genere, concorditer & ciuiliter degunt, grega-
 tim incedunt, ope mutua sese tuentur. Ne fere quidem
 omnes dimicant. Sunt enim & innoxie, sicut Damæ et
 Lepores, sed omnium efferatissime, ueluti Leones, Lu-
 pi, Tigrides. Quamq; nec hæc belligerantur inter sese,
 quemadmodum nos. Canis caninam nō est. Leonum in-
ter se feritas non dimicat. Draconi cum dracone pax
 est.

bellū ab Inferis

etymon belli

*spei spei non
instituit*

PERDES. ERAS. ROT.

est. Inter uenena cōuenit. At homini nulla fera p̄nicio-
sior, q̄ homo. Rursum ille cum pugnant, suis pugnat ar-
mis, nos pr̄ter naturam arte cacodæmonum excogita-
tis, instruimur homines in hominum p̄niciem. Nec illæ
quibuslibet de causis scuiunt, uerum ubi uel fames sti-
mulat irabiem, uel se peti sentiunt, uel foetui suo ti-
ment. Nos, deū immortalem, q̄ friuolis de causis, quas
bellorum tragœdias excitamus? Ob inanisimos titulos
ob puerilem iram, ob mulierculam, ob causas, his quoq̄;
multo magis ridiculas. Ad hæc inter feras uni cum una
bellum est, idq̄; p̄breue. Et ut cruentissima pugna sit,
una aut altera uulnerata discedit. Quando auditū est,
id quod passim faciunt homines, centum milia beluarū
mutuo laniatu concidisse? Adde, quod ut feris quibusdā
naturale dissidiū est cum alijs diuersi generis, ita rur-
sum habent, cum quibus genuina firmaq̄; coherent a-
micitia. At homini cū homine, & cuilibet cū quolibet,
iugis pugna est, nec ullum satis firmum foedus inter
illos mortalium. Adeo quicquid a sua de flexit natura,
in peiorem degenerat speciem, quam si natura malitiā
ingenuisset. Vis scire q̄ ferina, q̄ foeda, quam non dig-
na homine res sit bellum? Spectasti ne aliquando leo-
nem cum urso commissum? Qui rictus, qui rugitus, qui
fremitus, quæ immanitas, quæ laniatio? Inhorre-
scit, qui spectat etiam in tuto. At quanto foedius
spectaculum, quanto immanius, uidere hominem cum
homine

in auditu m. l. c.
h. l. l. u. a. s.



B E L L V M

homine tot armis, tot telis instructum conflagere?

Quæso te, quis homines crederet, nisi consuetudo mæ-
 li sustulisset admirationem? Ardent oculi, pallent ora,
 furorem præfert incessus, frendet uox, clamor insanus
 totus ferreus est, crepant arma, fulminant bombardæ.
 Mitius erat, si cibi causa homo hominem deuoraret, si
 sanguinem hauriret, quanquam huc quoque uentum est a qui-
 busdam, ut id odij gratia faciant. At nunc idem fit cru-
 delius telis ueneno tinctis, tartareis machinis. Nullum
 usquam hominis uestigium. An credas hic ipsam natu-
 ram agnituram, quod condidit? Et si quis admoneat, an
 non merito huiusmodi uerbis sit admiratura? Quod
 nouum spectaculum ego uideo? Quis tartarus hoc no-
 bis portentum edidit? Sunt qui me nouercam appellent,
 quod in tam immensa rerum summa, uenena quædam
 genuerim, quanquam hæc in hominis commodum cessu-
 ra. Quod aliquot animantia parum mitia finxerim, et-
 tiam si nulla fera tam immitis est, quin arte et officijs
 possit cicurari. Hominis cura mansuescunt leones, mi-
 tescunt Dracones seruiunt ursi. Quæ tandem est ista
 plusquam nouerca, quæ nouam hanc beluam, totius mundi
 pestem nobis dedit? Vnum animal totum genui bene-
 uolentiæ placidum, amicum, salutare. Quid accidit, ut
 in huiusmodi feram degenerarit? Nihil agnosco homi-
 nis illius, quem finxi. Quis malus genius uitiauit opus
 meum. Quæ saga mentem humanam excantauit et in-
 cantauit

*nao quarta
 de homin.*

PER ERASMI ROT.

incantauit beluinam? Quæ Circe natiuam uertit formam? Iubere ut ad speculum sese cõtemplaretur infelix, sed quid cernant oculi, cum mens absit? Tamen aspice te ipsum si potes furiose bellator, si quo pacto cõtingat resipiscere. Unde tibi minax crista uerticis? Unde fulgens galea, unde ferrea cornua, unde pinnati cubiti? unde squamæ, unde dentes ærei, unde laminæ? unde tela letifera? unde uox plusq̃ ferina? unde uultus iste plusq̃ beluinus? unde tonitru & fulmen, ipso Iouis fulmine, tum formidabilius tum nocentius? Ego te diuinum quoddam animal finxi, quid uenit in mentem, ut te ipsum in tam immanem beluam transformares, ut nulla iam belua, futura sit belua, si cum homine componatur? Hæc atq; id genus alia permulta diceret opinor, architectrix illa rerum natura. Proinde cum sic conditus sit homo, quemadmodum ostensum est, cum huiusmodi res sit bellum, quemadmodum nimium crebro sentimus, haud mediocriter admirandum uidetur, quis deus, qui morbus, aut qui casus, primum inhumanũ pectus immiserit, ut letale ferrum in hominis stringeret uiscera? Multis gradibus ad tam insignem uesaniam uetum sit oportet. Nemo siquidem repente fait turpissimus, ut inquit poeta Satyricus. Semperq; malorum maxima sub umbra ac specie boni subrepsit in uitam hominum. Olim igitur cum rudes illi prisciq; mortales, nudi, sine mœnibus, absq; tecto, uitam in syluis agerent,

euenit

homo armatus

B E L L U M

euenit aliquoties, ut a feris ac beluis offenderentur.
Cum his igitur primum homini bellum susceptum est,
uir fortis habebatur, ac dux, qui ferarum uim ab ho-
mine genere depulisset. Quin & aequissimum uideba-
tur iugulare iugulantes, trucidare trucidantes, praeser-
tim cum nulla lace ssete iniuria ultro nos impeterent.

*Deificatio Her-
cules*

Ea res cum summae laudi duceretur, hinc enim deus fa-
ctus est Hercules, coepit animosa iuuentus, passim uena-
ri beluas, exuuiū ceu trophaeum ostentare. Deinde non
contenti iugulasse, pellibus illarū sese munierunt ad-
uersus rigorem hyemis. Hæc erant prima homicidia

patricidia

hæc spolia. Post hæc longius progressi, rem ausi sunt, q̄
Pythagoras uehementer impiam arbitratus est, & no-
bis poterat prodigiosa uideri, nisi uetaret consuetudo,
quæ tantam ubiq; uim habet, ut apud nationes quasdam
pium fuerit habitum, parentē grandæuum, plagis ob-
rutum in fossam depellere & eripere uitā illi, p̄ quem
uitæ munus contigerat. Sanctum haberetur carnibus

absurda

affiniū amicorū uesci. Pulchrum existimaretur, uirgi-
nem in Veneris phano prostare populo. Multaq; ijs ab-
surdiora, quæ se quis nunc, referat tātum, nemo non sit
abominaturus. Adeo nihil est tam scelerosum, nihil tā
atrox, quod non probetur, si id commendet assuetudo.
Ergo quod ausi sunt facinus? Non ueriti sunt uesci fera-
rum extinctarum cadaueribus, dentibus laniare carnē
exanimem, haurire sanguinem, exugere saniem, & ui-
scera

PERDESERAS. ROT.

scera, ut ait Ovidius, in uiscera condere. Ad facinus, tametsi mitioribus ingenijs tum immane uideretur, tamē commendauit usus & commoditas. Processum est longius. A noxijs feris itum est ad pecudes innoxias. Seuitum est passim in oues, animal sine fraude doloq; seuitum in leporem, non ob aliud crimen, nisi q; esculentus esset. Nec temperatum est a boue domestico, qui suo sudore diu familiam aluerat ingratiā. Nulli uolucrum, nulli piscium generi parcitum est, & eo processit guale tyrannis, ut nullum animal usq; tutum esset ab hominis crudelitate. Verū hoc quoq; psuasit cōsuetudo, ut seuitia nō uideretur in ullū animantis genus, mō ab homine cedere tparetur. Sed in nobis fortasse sitū est, uitia quē admodum mare non admittere, uerum ut admissō linitem prescribamus, id non est cuiq; in manu. Semel receptum utrumuis, haud nostro ducitur arbitrio, sed suo fertur impetu. Posteaquam his rudimentis essent ad cædem exercitati, psuasit ira, ut homo hominem, fuste saxoue, aut pugno peteret. Siquidem ijs adhuc armis tum pugnabatur opinor, & iam occidendis pecudibus didicerant, hominem quoq; minime negotio posse periri. Verum ista crudelitas diu constitit intra monachias. Ad hæc nōnullam etiā equi speciem habebat sustulisse inimicum, laudi quoq; cœptum est dari, si quis uiolentum & pestilentem hominem, cuiusmodi ferunt fuisse Cacum & Busyridem confecisset, orbem que

prima arma

DE BELLO

que monstris istiusmodi liberasset. Siquidem uidemus
hos etiam titulos in Herculis extare laudibus. De-
inde concursus est a pluribus, ut quosq; uel affinitas,
uel uicinia, uel necessitudo coniunxerat. Et quod nunc
latrocinium est, tum bellum erat. Saxis & sudibus præ-
iustis, etiam nū res gerebatur. Riuius occurrēs, aut ru-
pes, aut simile quippiam obuium prælia dirimebat. In-
tere a dum crescit usu feritas, dum gliscunt ira, dū ma-
gis ardescit ambitio, furorem suum armant ingenio.
Excogitantur arma qualiacunq;, quibus se communi-
rent, excogitantur tela, quibus hostem perderent. Iam
passim, iam frequentiore manu, iam armati conflictari
coeperunt. Nec huic manifesto furori, suus defuit ho-
nos. Bellum appellarunt, & uirtutem esse uoluerunt, si
quis sui capitis periculo uim hostium, a liberis, ab uxo-
re, a pecore, a domesticis latebris propelleret. Atq; ita
paulatim una cum rerum cultu crescēte malitia, bellū
indicare coepit, ciuitas ciuitati, regio regioni, regnum
regno. Quanq; in re per se crudelissima tamen rema-
nebant adhuc humanitatis pristinae uestigia. Repete-
bantur res per fecialem, citabantur testes superi, ueli-
tatione præludebatur ad pugnam. Telis uulgaribus, &
uirtute, non dolo res agebatur. Nefas erat ferire ho-
stem, nisi signo dato, nō licebat pugnare, ubi receptui
ceciniisset imperator. Deniq; uirtutis & gloriae, certa-
men erat, magis q̄ occidendi cupiditas. Necdum arma
moue-

belli progressu

iura belli

PER ERASMI ROT.

mouebatur, nisi in exteros, quos ob id hostes, ueluti ho-
 spites appellabant. Hinc nata sunt imperia, quorū nul-
 lum unq̄ fuit in ulla natiōe, quod non fuerit multo ge-
 neris humani sanguine paratum. Deinceps assidue bel-
 lorum uices, dū uicissim alius alium ab imperio depel-
 lit, & sibi uindicat. Post hæc cū imperia queq; ad sce-
 leratissimos mortales deuenissent, iā in quoslibet, pro
 libidine mota sunt arma, neq; male meriti, sed bene for-
 tunati, cœperunt maxime belli periculis esse obnoxii,
 & iam prælij scopus, non laus est, sed sordidū lucrum,
 aut hoc etiam sceleratius aliquid. Non dubito quin hæc
 prospexerit sapientissimus ille Pythagoras, cum philo-
 sophico cōmento multitudinem hoīm imperitam a lani-
 andis pecudibus deterreret. Videbat futurū, ut q̄ nulla
 laceffitus iniuria, pecudis innoxie sanguinem fūdere
 consueuisset, idem cōmotus ira, & iniuria prouocatus,
 non metueret hominem interimere. Porro bellum qd
 aliud est, q̄ multorum cōe homicidiū? & latrocinium,
 hoc sceleratius, quo latius patēt? Sed ridentur hæc ceu
 deliramēta scholasticorum, a crassis proceribus nostri
 t̄pis. Et tamē ab his initijs, huc uidemus esse peruentū
 ī sanie, ut tota uita nihil aliđ agatur. Belligeramus as-
 sidue, gens cum gente colliditur, regnū cum regno, ci-
 uitas cū ciuitate, princeps cum principe, populus cū po-
 pulo, & quod ethnici quoq; fatentur impium, affinis cū
 affini, cognatus cum cognato, frater cum fratre, filius
 cum patre. Deniq; quod ego sane puto ijs omnibus atro-

B C I U S

imperiorum origo

belli scopus

bellam quid

Diaboli regnu

cuius Christianus cum homine, addam inuitus quod est
atrocissimū, Christianus cū Christiano. Et o cecitatē
mentis humane, hæc nemo miratur, nemo detestatur.
Sunt qui applaudant, qui uehant laudibus, qui rē plus-
quam tartaream sanctam appellēt. Bellatur à decrepi-
tis, bellatur à sacerdotibus bellatur amonachis, & cū
re tam diabolica Christum miscemus, Concurrunt aci-
es utrinq̄, crucis infinge præferētes, quæ uel ipsa po-
terat admonere, quo pacto conueniat uincere Christi-
anos. A sacro illo cœlesti, quo perfecta illa & ineffabi-
lis Christianorum coniunctio representatur, curritur
ad mutuam cædem, & rei tam impie Christum facia-
mus & spectatorem & autorem. Vbinam diaboli re-
gnum est, si in bello non est? Cur huc ptrahimus Chri-
stum, cui citius cū quouis lupanari conueniat, q̄ cū bel-
lo. Indignatur Paulus apostolus, ullam esse controuer-
siã inter Christianos, ut iudex sit ad eū dū, q̄ litem diri-
mat. Quid si conspiceret nos toto orbe belligerantes,
& quamlibet leui de causa, immanius quam ulli bella-
rint ethnici, crudelius quam ulli barbari? Idque
fieri autoribus, hortatoribus, adiutoribus his, qui pa-
cificum illum, & omnia conglutinātem pontificem re-
presentant, quiq̄ pacis omine salutant populum. Neq̄
me clā est, qd iam dudū mihi reclamant Cares isti quo-
rū messis est e malis publicis. Bellum suscipimus inui-
ti, aliorum coacti malefactis. Ius nostrū psequimur,
Quicqd malorum habet bellū, illis feratur acceptū,
qui belli dedere causas. Sed q̄scāt interim paulis p
horū

Cares

B E L L U M

horum causationes suo loco refellemus, ac fucum hūc, quo morbum nostrū præteximus, detrahemus. Iā sicut hominem cū bello, hoc est aīal placidissimū, cū re longe immanissima cōposuimus, quomāgis p̄spicua fieret atrocitas, sic bellum cū pace, rem miserimam, pariter & sceleratissimā, cum re felicissima, simul & optia comparemus, atq; ita demum apparebit, quantā demētia sit, tanto tumultu, tantis laboribus, tanto sumptu, tanto discrimine, tot calamitatibus. affectari bellum, cū multo minoris emi possit concordia, Principio quid in rerū natura dulcius, aut melius amicitia? Nihil profecto. Atq; quid aliud est pax, q̄ multorum inter se amicitia? Sicuti contra bellum nihil aliud est, q̄ plurium similtas. Bonorum autē ea ratio est, ut quo latius pateant, hoc plus adferant cōmoditatis. Proinde cum unius cū uno necessitudo, res sit adeo suavis & salutaris, q̄ ingens erit felicitas si regnum cū regno, si natio cum natione, necessitudinis uinculo copuletur? E diuerso, malarum rerum ea est natura, ut quo latius manarint, hoc magis sint suo dignae uocabulo. Itaq; si miserum, si sceleratum est, hominem cū homine ferro cōgredi, quāto calamitosius, quantoq; sceleratius est, idem à tot hoīm milibus fieri? Concordia res paruae crescunt, discordia dilabūtur & magnae. Pax oīm bonarum rerum & parens est & nutrix Bellum repente semelq; quicquid est letū, quicquid est pulchrū, obruit, extinguit, abolet, oīmque malorum Lernam quandam in uitam mor

amicia dulcedo

pax

B ij taliū

B E L L V M

talium effundit. Pacis tempore, non secus ac si nouum quoddā uer rebus hūanis adfulserit coluntur agri, uer nant horti, pascuntur letæ pecudes, ædificantur uillæ, extruuntur oppida, instaurantur collapsa, ornantur et augentur extructa, crescunt opes, aluntur uoluptates, uigent leges, floret reip. disciplina, seruet religio, ualet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, uerberior est quæstus pauperū, splendidior opulentia diuitum. Efflorescunt honestissimarū disciplinarū studia, eruditur iuuentus, tranquillo fruūtur ocio senes, bonis auspicijs nubunt uirgines, laudantur simili prole puerperæ. Florent boni, minus peccant mali. At simulatque belli sæua tempestas ingruerit, deū immortalem, q̄ ingens malorū pelagus occupat, inundat, obruit uniuersa. Abiguntur armenta, proteruntur segetes, trucidantur agricole, exuruntur uillæ, tot sæculis extructæ florentissimæ ciuitates, una procella subuertuntur. Adeo procliuius est ledere, q̄ benefacere. Ciuū opes ad execratos latrones ac sicarios transferuntur. Moerent domus, metu, luctu & quærimonijs, lamentis complentur oīa. Frigent artes opificum, pauperibus, aut ieiunandū aut ad impias cōfugiendum artes. Diuites aut creptas deplorant facultates, aut timent relictis, utroq; mō miserimi. Virginum aut nullæ, aut tristes & funestæ nuptiæ. Desolatæ matronæ domi sterilescūt, silent leges, ridetur humanitas, nullū habet locum æquitas, religio ludibrio est, sacri & prophani nullū omnino discrimē.

Cor=

bellu

P E R E R A S M I R O T .

Corrumpitur omni uitiorū genere iuuentus, damnantē
 longæuitatē suā luctuosi senes. Nullus honos honestis
 literarum studijs. In summa plus malorum sentimus in
 bello, q̄ ullius sermo possit assequi, nedum meus. Forte to-
 lerari poterat, si bella calamitosos modo nos facerent,
 non etiā nocentes & impios, si pax feliciores tantum
 redderet, non meliores quoq̄. Nimiū heu nimiū malo-
 rum erat, quibus assidue uelit nolit, uexatur, atteritur
 absorbetur, crūnosa mortalitas. Ante bis mille ferme
 annos, trecenta morborū nomina medicis sunt anī ad-
 uersa, præter species, iam & quotidie subnascentes no-
 uos, & senectutē ipsam, morbū inuitabilem. Legimus
 alibi, totas urbes terræ quassatione subrutas, alibi con-
 flagrasse fulmine, alibi solidas etiam hiatus terrarum
 absorptas regiōes, oppida suffossione cuniculorū cor-
 ruisse, ut ne cōmemorem, quantam hoīm multitudinē
 iam ob assuetudinē contempti casus absumant, exunda-
 tio maris & fluminū, ruina montium & edificiorum,
 uenena, lapsus, seræ, cibus, potus, somnus. Alium haustus
 in potu lactis pilus, alium acinum uuae, alium os piscis
 inherens gutturi præfocauit. Sunt quos subitū exanīa-
 rit gaudiū, nam de uehementi dolore minus est mirū.
 Adde nunc fatales pestilentias, non raro passim seui-
 entes. Nulla ps orbis est, unde nō imminet periculū
 humanæ uitæ, alioq̄ per se quoq̄ fugacissimæ. Tantiū
 undiq̄ malorum obcurbat. ut non sine causa Homerus
 hoīem animantiū miserimū pronunciauerit. Verum

*morbōrū nomina
300.*

*homo animalium
miserimus*

B iij hæc

B E L L U M

haec mala, quoniam nec uitari facile possunt, nec nrō
 accidunt uitio, calamitosos tantum faciunt, non item fa-
 cinorosos, Quid iuuat tā innūcris obnoxios calamita-
 tibus, ultro sibi malū, p̄ide quasi de sit, accersere? Et ac-
 cersere non q̄uis malū, sed malū oīm multo teterrī-
 mum, tam p̄ciosum, ut unum uincat omnia, tam fceū-
 dum, ut unum in se complectatur uniuersa, tam pesti-
 lens, ut non minus impios efficiat, q̄ erumnosos, ut mi-
 ferrimos reddat, nec tamen miserandos, nisi hos q̄ ma-
 xime uolunt & minime sentiunt. Adijce iam his omni-
 bus, quod pacis cōmoda latissime sese diffundunt, et ad
 plurimos pertinent. In bello, siquid feliciter cecidit, q̄-
 q̄, o superi, quid hic potest dici felix? id ad paucos per-
 tinet, & cos indignos. Alterius salus, alterius est exiti-
 um, altetius opes, alterius sunt spolia. Huius triumphus
 illius est luctus, ut acerba sit ifelicitas, immanis & cru-
 enta felicitas. Quantū plerunq; fit, ut iuxta Cadmeam,
q̄ uocant uictoriam, utraq; pars ploret. Et haud scio, an
 unq̄ bellum adeo cefferit feliciter, ut cordatum uicto-
 rem suscepti non p̄nituerit. Ergo cum pax res sit o-
 mnium tum optima, tum iucundissima, bellum contra
 res oīm miserrima, simul & sceleratissima, num hos
 sane mentis arbitrabimur, qui cum illam mediocri ne-
 gocio parare queant, hoc malint summis etiam difficul-
 tatibus accersere. Primum quam insuavis res primus il-
 le belli rumor, deinde quantum inuidie subeundū prin-
 cipi, dum crebris decimationibus expilat suos. Quantū
 nego

P E R E R A S. R O T.

negocij i adiungendis aut retinēdis auxilijs, quantū in accersendis barbaricis cohortibus, & mercenario milite, Quantū impendij, simul & curarū in apparandis classibus, in extruendis aut sarcieendis arcibus & praesidijs, in adornādis tentorijs, in fabricandis & cōportandis machinis, armis, telis, sarcinis, uehicularum, cōmeatu. Quantū laboris exhauriendū, in cōpingēdis uallis, in euacuandis fossis, in suffodiendis cuniculis, in excubijs in stationibus, in exercitamentis. Omitto iam metus, omitto picula, (quid enī non metuendū in bello?) Quis enumerare ualeat incōmoda uitae, quae stultissimi milites in castris pferunt? Et ob id maioribus digni q, spōte pferant. Victum, quē bos quoq; fastidiat Cyprius, somnos raros, nec hos tuo datos arbitrio. Tētorijū undiq; uentis puiū, ac ne tentoriū qdem. Durandū sub dio, cubitandū humi, standū in armis, ferenda inedia, frigus, aestus, puluis, humber, seruiendū ducibus, uapulandū ferulis, quandoquidē nulla est ullius mancipij seruitus indignior, q militū. Ad haec ad triste signū eundū in mortē, ut aut occidas immaniter, aut cadas infeliciter. Tantum malorū suscipitur. ut ad rem oim miserrimā liceat puenire. Tam immēsis malis nos ipsos prius affligimus, ut alios possimus affligere. Quod si uelimus rem ad calculū uocare, & ueris rōnibus expendere, qti bellū cōstet, quanti pax, profecto cōperiemus, hanc uel decima parte curarū, laborū, molestiarū, periculorum sumptuū, deniq; sanguinis posse compari, qbus bellum accersitur. Tantam hoim turbam educis in periculum,

B E L L U M

ut oppidum aliquod euertas, at horum opera, uel citra
 periculum, aliud extrui poterat multo præclarius op-
 pidum, Sed nocere uis hosti, iam hoc ipsum inhu-
 manum. Attamen illud expende, nū illi nocere nō pos-
 sis, nisi prius noceas tuis. Et furiosi uidetur hominis,
 tantum certi mali sumere, cum incertum sit, quo sit a-
 lea belli casura. Verum esto, rapuerit ad hanc uesani-
 am ethnicos, uel stultitia, uel ira, uel ābitio, uel auari-
 tia, uel immanitas, siue (quod magis arbitror) ab in-
 feris immissæ furia. Vnde hoc nobis in mētem uenit,
 ut Christianus in Christianum cruentum stringat fer-
 rum, Paricidium uocatur. si frater occidat fratrem. At
 Christianus cōiūctior Christiano, quā ullus germanus
 germano, nisi firmiora sunt naturæ uincula quā Chri-
 sti. Quā absurdū est, eos pene continēter inter se bel-
 ligerari, quos una domus habet ecclesia, qui eiusdē cor-
 poris membra, cōmuni capite gloriantur, nempe Chri-
 sto, cōmunē habent patrum in coelis, cōmuni uegetan-
 tur spiritu, iisdē initiati sunt mysterijs, eodē redempti
 sanguine, eodem renati fonte, iisdem alūtur sacramen-
 tis, eidem militant imperatori, eodē uescuntur pane, e-
 iusdem pticipes sunt calicis, cōmunem habēt hostem
 diabolum, postremo ad eandem omnes uocati sunt h. e-
 reditatem. Vbi sunt tā multa perfectæ concordia sa-
 cramenta? ubi tā innumera pacis documenta? Vnum
 præceptū Christus appellauit suum, nempe charitatis.
 Cum hac, quid æque pugnat atq; bellum? Felici pacis
 omni

P E R E R A S M I R O T.

omine salutat suos. Discipulis præter pacem nihil do-
 nat, præter pacem nihil relinquit. In sacris illis preci-
 bus illud præcipue patrem orat, ut quæadmodum ipse
 idem erat cum eo, ita & sui, hoc est, Christiani, idem es-
 sēt secum. Iam plus audis, quàm pacem, plusquàm amicitiam,
 plusquàm concordiam. Christi typum habebat Solomon quæ
 Hebræis pacificū sonat, ab hoc sibi templū extrui uo-
 luit. Dauid alioqu diuersis uirtutibus egregie charum
 tamen hoc elogio submouit ab extructiōe tēpli quod
 sanguinarius esset. Et tamen is autore deo bella fere-
 gessit aduersus impios. Atquæ id sane eo seculo quo non-
 dum docuerat ille Mosaicæ legis absolutor, etiā inimi-
 cos esse diligendos. Nato Christo, non bellū, nequæ triū-
 phos, sed pacem canunt angeli, de nondum nato præci-
 nuit uates ille mysticus. Et factus est in pace locus eius.
 Vniuersam illius doctrinam excute, nihil unquàm repe-
 ries, quod nō spiret pacem quod non sonet amicitiam,
 quod nō sapiat charitatem, Et quoniam intelligebat pa-
 cem aliter nō posse constare, nisi penitus contemptis
 his, pro quibus mūdus hic digladiatur, iussit ut à se dis-
 ceremus esse mites. Beatos uocauit, qui diuitias pro ni-
 hilo ducerent, nam hos uocat pauperes spiritu, Beatos
 qui uoluptates huius mūdi spernerent, quos lugentes
 appellat, qui se paterentur suis exturbari possessioni-
 bus. scientes hic nihil aliud esse, quàm exiliū, ueram patri-
 am ueram possessionem in cælo sitā esse pijs, Beatos,
 qui benemerētes de omnibus, impune & male audirēt
 & malis

Salomon quæ

Scia Christi



B E L L U M

Apostolorum

& malis afficerentur. Vetuit, ne quis malo resisteret. Breuiter ut omnis illius doctrina, tolerantiam et amorem præcipit, ita tota uita nihil aliud docet, quã mansuetudinem. Sic ille regnauit, sic bellauit, sic uicit, sic triumphauit. Nec aliud inculcant Apostoli, qui purum ad huc Christi spiritum imbiberant, & musto illo feliciter erant temulenti. Quid undique sonant omnes Pauli literæ, nisi pacem, nisi longanimitatem, nisi charitatem? Quid Ioannes loquitur, quid iterat, nisi dilectionem? Quid aliud Petrus? quid aliud omnes uere Christiani scriptores? Vnde tantus bellorum tumultus inter filios pacis? An fabula est, quod Christus se uitem appellat, suos palmites? Quis unquam uidit palmitem pugnare cum palmitate? An uanum est, quod non semel scripsit Paulus. Ecclesiam nihil aliud esse, quã unum corpus e diuersis membris conexum, adherens uni capiti, Christo? Quis uidit oculum pugnare cum manu, aut uentrem cum pede? In hoc uniuerso, rerum omnium tam dissimilium, harmonia est. In animalis corpore, pax est membro cum membro, quæque pars dotis habet, non uni sibi habet, sed in commune omnibus. Si quid accidit unicuique, opitulatur uniuersum corpus. An plus potest in perituro corpore nature conexio, quã in mystico & immortalis, copula spiritus? An frustra precamur illud ex præscripto Christi Fiat uoluntas tua, quæ admodum in celo, sic & in terra? In illa ciuitate, summa concordia est. At Christus nihil aliud esse uoluit suam ecclesiam, quã cœlestem quendam populum

pulum

P E R E R A S M I R O T.

pulum in terris, ad illius imaginem, quoad fieri pot, ui
uentem, illo properantē, ab illa pendentē. Age finge, iā
mibi nunc nouū aliquem hospite, uel e lunaribus illis
ciuitatibus, quas inhabitat Empedocles uel ex uno quo
piā mūdo eorū, quos innūerabiles fabricatus est Demo
critus, in hunc nostrū uenisse, qd hic rerum agatur cu
pientem cognoscere. Cūq; de singulis edoctus, audie
rit esse unum quoddā aīal, mire cōmixtum ex corpe,
quod cū brutis habeat cōe, ex aīo, quo diuinae mentis
referat imaginē. Ad adeo esse generosum, ut quanq; hic
exulet, tamen ceteris oībus imperet animātibus, qd ob
coelestē originē, semp ad coelestio nitatur, et immorta
lia. Quod intantū cura fuerit aeterno numī, ut quoniā
neq; naturae uiribus, neq; phīa rationibus asseq; pote
rat, quod affectabat, unicū filium suum huc delegarit,
qui nouū doctrinae genus inuexerit. Deinde simulatq;
totā Christi uitā, ac decreta pdidicerit, cupiat ex edi
ta quapiā specula uidere quod audisset. Vbi conspexe
rit cetera aīantia probe in suo genere degere, ac na
turae legibus duci nihil appetere, nisi q; dictet natura,
unū aīal iter se cauponari, negociari, rixari, belligera
ri, nōne quoduis aīal potius suspicabitur hoīem esse de
quo audierit, q; ipsū hoīem? Deīde admonitus ab indice
quis sit hō, iam dispiciat ubi sit grex ille Christianorū
q; coelestis illius doctoris institutū sequentes, angelice
ciuitatis simulacrū exhibeāt, an nō ubiuis potius iudi
cabit habitare Christianos, q; in hisce regiōibus, in qbus
tantam

B E L L V M

tantam uideret opulentiã, luxũ, libidinem, fastũ, tyrannidem, ambitionem, fraudem, inuidiam, iracundiam, discordiã, rixas, pugnas, bella, tumultus, breuiter omniũ rerũ, quas Christus damnat, maiorem pene Lernã, q̃ apud ullos Turcas, aut Saracenos? Vnde igitur pestis hæc irrepsit in populum Christianum? Nimirum paulatim hoc quoq; malum, sicuti cætera pleraq; receptũ est ab incautis. Siquidem omne malum, aut sensim obrepit in hominũ uitam, aut sub prætextu boni sese insinuat. Primum igitur irrepsit eruditio, uelut idonea res ad confutandos hæreticos, philosophorum, poetarũ & oratorum literis armatos. Et initio quidem nõ ista discebantur a Christianis, sed q̃bus forte contigerant ante Christum cognitum, hi quod iam partum erat in pios conferebant usus. Eloquẽtia quoq; dissimulata magis q̃ spreta primum, deinde palam etiam comprobata. Proinde sub prætextu profligandi hæreticos subrepsit ambitiosa rixandi libido, quæ non mediocrem ecclesiæ pestem inuexit. Tandem huc processum est, ut in mediã Theologiam totus sit receptus Aristoteles, & ita receptus, ut huius autoritas pene sanctior sit quam Christi. Nam siquid ille dixit, parum accommodum ad uitam nostrã, licet interpretamẽto detorquere, cæterum exploditur ilico. qui uel leuiter ausit Aristotelicis oraculis refragari. Ab hoc didicimus non esse pfectam hominis felicitatem, nisi corporis & fortunæ bona accesserint. Ab hoc didicimus non posse florere remp. in qua sint oĩa

rerum abusus

Arist. auctoritas

conna

PER ERASMI ROT.

communis. Huius omnia decreta, cum Christi doctrina
conamur adglutinare, hoc est aquam flammis miscere.
Recepimus nonnihil & a Caesaris legibus, propter æq-
tatem, quam præ se ferunt, & quo magis conuenirent.
Euangelicā doctrinam ad eas quoad licuit detorsimus.
At hæc permittunt uim ui repellere, suum quemq; ius p-
sequi, probant negociationem, recipiunt usuram, modo
moderatam, bellum ceu rem præclaram efferunt, modo
iustum. Deniq; tota iam Christi doctrina, dialecticorū
sophistarum, mathematicorum, oratorum, poetarū, phi-
losophorum, & iureconsultorum, ethnicorum literis,
ita contaminata est, ut maxima pars æui consumenda
sit, priusq; uacet, arcanas scrutari literas, ad quas ut ali-
quando uenias, tot tamen opinionibus mundanis infe-
ctus accedas, optet, ut Christi iam decreta, aut prorsus
offendant, aut ad illorum dogmata torqueatur. Atq;
hæc res adeo non improbatur, ut nefas sit cū de Chri-
stianis loq; literis, qui sese nugis Aristotelicis, uel po-
tius sophisticis, totum ad ambas usq;, quod aiunt, aures
non expleuerit. Quasi uero Christi doctrina sit huius
modi, ut non uel maxime possit esse communis omnium
uel ullo pacto cum philosophorum sapientia consenti-
at, Posthæc recepimus honoris nonnihil sed ultro dela-
tum. Quem deinde, ueluti debitum cœpimus exigere.
Id uisum est non iniquum. Deinde recepimus opes, sed
in pauperum subsidium distribuendas, post etiā in usus
nostros. Quidni, posteaquam didicimus hunc esse chari-
tatis.

Leges Cesarum

B E L L V M

tatis ordinem, ut sibi quisque sit proximus? Neque deerant pretextus, huic malo, Pium consulere liberis, Aequum prospicere uenturae senectuti. Postremo cur reijciam opes inquit, si citra fraudem contingant? His gradibus paulatim eo uentum est, ut is optimus habeatur, qui sit locupletissimus, nec unquam maior fuerit honos diuitijs apud ethnicos, quam hodie sit apud Christianos. Quid enim est omnino, uel sacrum, uel profanum, quod non harum geratur arbitrio? Videbatur his ornamentis conuenire, non nihil imperij. Neque defuit, qui uoluerit cedere. Receptum est hoc quoque, sed grauatim et parce. Demum ita, ut solo titulo contenti, rem libenter in alios reijcerent. Postremo paulatim huc itum est, ut episcopus sibi, non uideatur episcopus, nisi mundanae ditionis aliquid accesserit. Parum honestus abbas, si nusquam possit, quod possunt tyranni. Tandem perfricta facie, pudorem omnem absterimus, omnia uerecundiae repagula discussimus. Quicquid unquam apud ethnicos fuit, auaritiae, quicquid ambitionis, quicquid luxus, quicquid fastus, quicquid tyrannidis, id imitamur, aequamus, uincimus. Et ut de leuioribus interim sileam, an unquam apud ethnicos bellatum est, aut aequo perpetuo, aut crudelius, quam inter Christianos? Quas tempestates, quos bellorum aestus, quoties discissa foedera, quas strages his paucis annis conspeximus? Quae natio, cum qua non conflictata est ferro? Et postea Turcam execramur, quasi possit ullum spectaculum esse Turcis

cis

PER ERASMI ROT.

cis iucundius, q̄ quod illis quotidie mutuis cladibus exhibemus ipsi. Insaniebat Xerxes, cum ingentem illam multitudinem Græciam inuasurus educeret. An tibi cōstitisse animo uidetur, qui Atho monti minaces scripserit epistolas, ni cederet, qui mari Hellesponto, quod parum commodum fuisset nauigare uolenti, plagas iusserit infligi? Furebat Alexāder ille magnus. Quis negat? Optabat semideus ille plureis mundos, quos deuinceret, tanta gloriæ febris, iuuenilem obsederat anim. Et tamen isti, quos Seneca non dubitat furiosos appellare latrones, bellabant humanius nobis, bellabāt maiore fide, nec similibus machinis, nec similibus artibus, nec tā friuolis titulis, q̄ bellamus Christiani. Illi præter gloriam nihil ambiebant. Gaudebant florentiores reddere prouincias, quas bello subegissent, populos agrestes, sine literis, sine legibus ritu ferarum uiuentes, ciuilibus artibus expoliebāt. Regiões incultas extructis oppidis reddebant celebres. Parum tuta communiebant pontibus, littoribus, aggeribus, milleque id genus comoditatibus, uitam hominum adiuuabant, ut tum expediret deuinci. Quin in medijs etiam bellis quam multa feruntur, ab his uel dicta sapienter uel gestate temperate? Cæterum quæ geruntur in bellis Christianorum, et obscœniora sunt & atrociora quam ut sint hic commemoranda. Proinde quod in illis erat pessimum, id solum exprimimus. immo superamus. Sed iam opere precium fuerit audire, quibus modis hanc tantam insaniam nostram

furore Xerxis

Alexandri

B E L L U M

res bello 2a
tionis

responsio

nostrā tueamur. Si nullo, inquit, pacto fas esset bella-
re, deus nō fuisset iudeis autor bellandi aduersus ho-
stes. Audio, sed illud addas oportet iudeos uix unquam
bellasse inter se uerū aduersus alienigenas & impios
Nos Christiani pugnamus cū Christianis, Illis diuer-
sa religio, & non eadem numina, dissidij causa fuit,
nos aut puerilis ira, aut pecunie fames, aut glorie si-
tis, sepe numero fœda merces huc adducit. Illi iussu di-
uino pugnabant, nobis animi perturbatio ferrum dat
in manum. Quanquam si usq; adeo placet exemplū iu-
deorum, quin eadem opera, præputium accipimus? qu-
immolamus pecudes? quin abstinemus a carne suilla?
Cur non ducimus singuli plures uxoras? Cum hæc ex-
ecremur, cur solum bellandi placet exemplū? cur hic
deniq; literam sequimur occidentem? iudeis pmissum
est bellum, sed ita, quemadmodum & repudium, nimi-
rum ob duritiam ingenij. At posteaquam Christus ius-
sit recondi gladium, non decet pugnare Christianos,
nisi pulcherrimum illud prælium, cum teterrimis ho-
stibus ecclesie, cum studio pecunie, cum iracundia, cū
ambitione, cum metu mortis. Hi sunt Philistei nostri,
hi Nabughodonosor, hi Moabite, & Ammonite, cum
quibus nullas nobis indutias esse oportet, assidue con-
serende manus, donec excisis funditus hostibus succe-
dat tranquillitas, quos nisi subegerimus, neq; cuiquam
secū neq; cū alio uera pax constare poterit. Solū hoc
bellum ueram gignit pacem. Hic qui uicerit, cū nemi-
ne

PER ERAS. ROT.

ne mortaliū belligerari uelit. nihil enim me mouet, & quidam duos gladios interpretatur utranq; potestate, *suo gladij*
 secularē & ecclesiasticam. Cum Christus in hoc ip-
 sum passus sit Petrum errare, ut postea q̄ iussus esset
 gladium recōdere, nemini dubium relinqueretur, quin
 uetitum esset bellum, quod antea uidebatur esse licitū
 Sed Petrus, inquit, pugnauit, sed iudæus adhuc, non-
 dum accepto spiritu uere Christiano. Pugnauit nō pro
 suis titulis, aut prædijs, uti nos, ne pro sua quidē uita,
 sed pro uita magistri. Deniq; pugnauit is, q̄ paulo post
 abnegauit. Si placet exemplum pugnantis, placeat &
 inficiantis. Et cum simplici laboretur affectu, tamen
 reprehensus est. Alioqui, si probabat huiusmodi defen-
 sionē Christus, sicut quidam insulsiſſime interpretan-
 tur, cur omnis illius & uita & doctrina, nihil aliud q̄
 tolerātiā prædicat? Cur suos baculo tantum & pera
 armatos, tyrannus obijcit? Si gladius ille, quē diuēditis
 omnibus iubet emi Christus, est moderata aduersus p̄-
 secutores defensio, quē admodum impie quidam inter-
 pretantur, nedū inerudite, cur hac nunq̄ uſi sunt mar-
 tyres? At dicat hoc, inquit, ius nature, legibus cōpro-
 batū est, consuetudine receptū est, ut uim ui propella-
 mus, & uitam quisque suam tueamur, tū & pecuniā,
 quandoq̄ animæ loco est, ut inquit Hesiodus. Fateor,
 at his omnibus efficacior gratia, dicat, ne remaledica-
 mus maledicentibus, ut de male merentibus benemere-
 amur, ut tollētē p̄tem possessionum, totam conceda-
 mus,

ius naa

Chri

B E L L V M

mus, ut deprecemur pro his quoque, qui mortem inten-
 tant. Ad apostolos, inquit, ista pertinent, immo ad u-
 niuersum Christi populum, & corpus, ut diximus, quod
 totum absolutū esse oportet, etiam si in dotibus aliud
 membrum alio sit insignius. Ad eos nihil pertineat do-
 ctrina Christi, qui non sperant præmium cum Christo.
 Illi pro pecunia prædijsque digladiantur, qui rident q̄
 dixit Christus, beatos pauperes spiritu, hoc est, eos diui-
 tes, qui nihil in hoc mundo concupiscerent, diuitiarum
 Qui felicitatis summam in his collocarunt opibus, di-
 micant pro tuenda uita, sed ij, qui non intelligunt hęc
 mortem esse potius quam uitam, & pijs immortalita-
 tem esse paratam. Iam obijciunt nobis Romanos a-
liquot pontifices, qui bellandi fuerint autores, simul
& adiutores. Obijciunt decreta patrum, in quibus
 bellū approbari uidetur. Sunt quidem huiusmodi quæ-
 dam, sed apud recentiores, CHRISTI uigore iam
 relanguescente, sed ea perpauca, cum sint innumera
 apud probatæ sanctitatis scriptores, quæ a bello deter-
 rerant. Cur hæc paucula nobis potissimum in mentem
 ueniunt? Cur a CHRISTO, ad homines deslecti-
 mus oculos, & incerta exempla quam indubitatum
 sequi malimus? Romani pontifices primum homi-
 nes fuerunt. Deinde fieri potest, ut aut stulti fuerint
 aut mali. Quanquam ne in istis quidem comperies
 hoc genus bellorum, quo nos assidue conflamur, ap-
 probatum fuisse. Id quod clarissimis euincerem ar-
 gumentis

Obiecta pro
 bella

resp.

PERDES. ERAS ROT.

gumentis, ni fugerem digressioni longius immorari.

Laudauit diuus BERNARDVS bellatores, sed ita laudauit, ut nostram omnem damnet militiam. Quanquam cur me moueat potius BERNARDI scriptum, aut Thomæ disputatio, quam CHRISTI dogma, qui in totum uetuit, ne malo resistamus, nimirum eo more, quo uulgus resistit? Sed licet, inquiunt, unum maleficum afficere supplicio, licet igitur & ciuitatem ulcisci bello. Quid hoc loco responderi possit, prolixius est, quam ut sit replicandum. illud modo dicam, hoc interesse, q̄ in iudicijs conuictus dat pœnas legibus, in bello utraq; pars alteram ream agit, illic ad eum modo redit malum, qui læsit, exemplum ad omneis peruenit, hic maaxima pars malorum in eos redundat, qui minime digni sunt malo, nempe ad agricolas, ad senes, ad matronas, ad pupillos, ad uirgines. Cæterum si ex re omnium pessima quicquam omnino commodi potest colligi id totum ad sceleratissimos aliquot latrones deriuatur, ad militē mercennarium, ad strēnuos prædones, ad pauculos forte duces, quorum artificio bellū in hoc ipsū fuerat excitatū. Et quibuscum nuaq̄ melius agitur q̄ in summo reip. naufragio. Illic uni non parcitur, ut oim consuletur saluti, hic ut paucorū, aut unius fortassis uicē ulciscamur, tot hoim milia nihil cōmeritorum crudeliter affligimus. Præstat paucorū admissum impunitū omitti, quā dum unum, aut alterum in pœnam deprecimus

C ij incertam

B E L L U M

incertam, nostros pariter & finitimos, & innocentes hostes, sic enim uocamus, in certū adducere discrimē. Satius est relinqui uulnus, cui sine graui totius corporis pernicie, mederi non queas. Quod si quis clamet iniquum, non dare poenas, qui peccarit, respondeo multo esse iniquius, tot innocentum milia, citra meritum in extremam uocari calamitatem. Quanquam his temporibus omne fere bellum e titulis, nescio quibus nasci uidemus & ex principum foederibus, dum ut unum aliquod oppidulum suæ uindictæ ditioni, totum periclitantur imperium. deinde hoc ipsum, quod tāto sanguine uindicatum est, rursum aut reuendunt, aut donant. Dixerit aliquis, Non uis igitur principes suum ius persequi? Scio nō esse mei similia, de principum negotijs audacius disputare, quod ut tutum sit, prolixius tamen est, quam ut huic loco conueniat. Tantum illud dicam, si titulus qualiscumq; uidebitur idonea suscipiendi belli causa, in tantis rerum humanarum uicibus, tantis commutationibus, nulli posse titulum deesse. Quæ gens non aliquando suis sedibus & pulsa fuit & pepulit? Quoties aliunde demigratū est alio? Quoties huc & illuc, uel casu, uel ex foedere translata imperia? Repetant scilicet hodie Patauni Troianum solum, quod Antenor olim fuerit Troianus, Repetant Affricam & Hispaniam, Romani, quod hæ prouintiæ quondam fuerint Romanorum. Dominiū uocamus quod est administratio. Non est idem ius in homines natura liberos & in

causa bellorum

gentium migrationis

P E R D E S. E R A S R O T.

¶ In pecudes. Hoc ipsum ius quod habes, populi consen-
sus dedit eiusdem autem ni fallor est tollere qui contu-
lit, uide quam non magna res agitur. Non illud decer-
tatur, ut hæc, aut illa ciuitas bono principi pareat, non
tyranno seruiat, sed utrum Ferdinandi cēseatur titu-
lo, an Sigismundi, Philippo censum pendat, an Ludoui-
co. Hoc est illud egregium ius, ob quod uniuersus or-
bis bellis, cædibusq; miscetur. Sed esto, ualet quantum
libet hoc ius, nihil intersit inter priuatum agrum, &
ciuitatem, nihil inter pecudes tuo ære emptas, & ho-
mines non solum ingenuos, uerum etiam Christianos
attamen prudentis est expendere, num tanti sit ut
tam immensis tuorum malis persequaris. Si principis
animum præstare non potes, at saltem negociatoris
adhibe. Cōtemnit ille dispendiū, si perspexerit, uitari
nō posse, nisi grauiore iactura, et lucri loco ducit quod
paululo damno cum fortuna deciderit. Saltem illum i-
miteris, de quo uulgo non infestiuæ fabula celebratur
Parum conueniebat inter duos quosdam cognatos, de
re diuidenda. Cumque neuter alteri uellet concedere,
res eo spectabat ut iretur in ius, & iudicium sententijs
cōtrouersia finiretur. Adibantur aduocati, Parabatur
dica, Res erat cum iureconsultis, Aditi iudices, conte-
stata lis cœpit agi causa, hoc est bellum susceptum est.
Ibi alter mature resipiscens, aduersarium priuatim
accersitum his uerbis alloquitur. Principio parum de-
corum est, ut quos natura copulauit, pecunia dissociet

fabula

C ij Deinde

PER ERAS. ROT.

Deinde incertus est litis euentus, haud minus quam belli. Suscipere nobis in manu est, e finire non est. De centum aureis tota lis est. Eius summæ duplum in notarios, in promotores, in aduocatos, in iureconsultos, in iudices, in iudicum amicos expendetur, si legibus experiamur. His erit inseruiendum, adulandum, dandum, ut ne dicam interim curas, ambiendi, cursitandique labores, ut maxime uincam, plus tamen est incommodi quàm commodi. Quin potius ipsi nobis sapimus quam istis prædonibus, et in hos male collocandam pecuniam, inter nos partimur. Cōcede dimidium de tuo, ego tantūdem de meo concedam. Ita et amicitiam nostram, alio qui perituram lucrificiemus, et tantam molestiam effugiemus. Quod si recusas quicquam concedere, ego uel uniuersum negocium tuo permitto arbitratui. Malo penes amicum sit hæc pecunia, quam penes insatiabiles illos prædones. Abunde magnum fecero lucrum si et famæ pepercerero, et amicum seruauero, et tantū effugero molestiarum. Mouit aduersariū tum rei ueritas, tum cognati festiuitas. Rē inter se transfegerūt, iratis aduocatis et iudicibus, quos coruos deluserant hiantes. Vel horum igitur prudentiam, in re tanto periculosiore studeas imitari. Neque solū spectes quod uelis assequi, sed quanta bonarum rerū iactura, quantis periculis, quantis calamitatibus sis affecuturus, ut assequaris. Quod si ceu lancibus hinc atque hinc expensis commodis et incommodis, comperis, multo potiore

tiorem esse pacem iniquam, quam bellum æquum, cur
mauis Martis aleam experiri? Quis enim nisi demēs
aureo piscetur hamo? Si uides multo plus impendij, q̄
lucris, etiamsi feliciter cadant omnia, nonne præstat a
liquid de tuo iure cōcedere, quam paululum commodi,
tam innumeris mercari malis? Malo penes quemcūq;
sit titulus, si mihi tāta Christiani sanguinis iactura uī
dicandus est. Ille quisquis est, multis iam annis posse
dit. Assueuit habens, agnoscitur a suis, fungitur mu-
nere principis, & exorietur aliquis, qui ueteri quopiam
titulo ex annalibus, aut oblitteratis monumentis reper
to, bene compositum rerum statū, sursum ac deorsum
miscat. Præsertim cum uideamus in rebus mortaliū
nihil suo loco consistere, sed ludibrio fortuna, uelut æ
stu quodam affluere ac defluere. Quorsum attinet tā
to tumultu uindicare, quod mox quolibet casu sit alio
demigraturum? Postremo si ista tam leuicula non pos
sunt cōtemnere Christiani, quorsum opus est, protinus
ad arma rapi? Tot habet mundus episcopos graues et
eruditos, tot habet uenerabiles abbates, tot optimates
grandeuos, & longo rerum usu sapientes. Cur nō po
tius horum arbitrio, pueriles istiusmodi principū quæ
rimonia componuntur? Sed honestior est illorum ora
tio, qui prætexunt ecclesie defensionē, quasi uere po
pulus nō sit ecclesia, aut quasi tota ecclesie dignitas in
sacerdotū opibus sita sit, aut quasi bellis ac stragibus
orta, prouecta, cōstabilita sit ecclesia, ac nō potius san
guine tolerātia, uitaq; contēptu. Mihi sane ne hoc qdē
adco.

B E L L U M

Bellum in Turcia

adeo probandum uidetur, q̄ subinde bellum molimur
 in Turcas. Male profecto agitur cū religione Christia-
 na, si illius incolumitas a talibus pendet præsidijs Neq̄;
 cōsentaneum est, his initijs bonos gigni Christianos.
 Quod ferro paratū est, ferro uicissim amittitur. Vis
 Turcas ad Christum adducere? ne ostentemus opes, ne
 militum manum, ne uires. Videant in nobis non titu-
 lum tantum, sed certas illas hominis Christiani notas,
 uitam innoxiam, studiū benemerendi etiā de hostibus,
 inuictam omnium iniuriarum tolerantiam, pecuniæ cō-
 temptum, gloriæ neglectum, uitam uilem, audiant cœ-
 lestem illam doctrinam, cum huiusmodi uita congruen-
 tem. His armis optime subiguntur Turcæ. Nunc sepe-
 numero mali pugnamus cū malis. Dicam aliud & uti-
 nam audacius, q̄ uerius, si titulū crucisq̄; tollas in signe.
 Turcæ cum Turcis digladiamur. Si militum manu con-
 stituta est religio, si ferro confirmata, si bellis aucta,
 tueamur eam iisdem præsidijs. Quod si diuersis ratio-
 nibus peracta sunt omnia, cur ueluti Christi præsidio
 diffisi, ad ethnicas confugimus suppetias? At cur non
 iugulem, inquit, eos, qui nos iugulant? Itane putas in-
 dignum, si quis sit te sceleratior. Cur non spolias spoli-
 antem? Cur non conuitiaris conuitianti? Cur non odi-
 sti, odio habentem? An Christianum facinus esse putas,
 si trucidatis impijs quidem, sed tamen hominibus, pro
 quibus seruandis mortuus est Christus, gratissimā dia-
 bolo uictimam mactes, bisq̄; delectes hostem, & quod
 occidit

P E R E R A S. R O T.

Occiditur homo, et quod occidit Christianus? Pleriq; dñi
 uolunt uideri ualde christiani, student Turcis quamplu-
 rimum facere mali & quod facere nū possūt, execrā-
 tes, imprecantur. Cum hoc ipso argumēto parum chri-
 stianum liceat deprehendere. Succurre Turcis, ex
 impijs si potes reddito pios, si non potes, opta et agno-
 scam mentem Christianam. Tam multi sunt in orbe,
 monachorum mendicato uiuentium ordines, qui se co-
 lumnas ecclesie uideri uolunt: ex tot milibus quotus-
 quisque est, qui pro religione Christi propaganda ui-
 tam suam uilem habeat? Sed fles non est, inquiunt. Imo
 summa spes esset, si mores adferrent maiorum suorū
 Dominici & francisci: in quibus uiris sumum mūdi hū-
 ius contemptum fuisse arbitror: ne quid interim com-
 memorem de moribus apostolicis. Ne miracula quidē
 nos destitutura sint, si quidem id postulare Christi glo-
 ria. Nunc qui petri principis ecclesie, qui ceterorum
 apostolorum uicarios ac successores gloriantur, ple-
 runque totam fiduciam in humanis præsidijs constitu-
 unt. Illi uero rigidi ueræ religionis professores, uer-
 santur in urbibus opulentis, ac luxu perditis: ubi citius
 corrumpantur ipsi, quam alios reddant emendatiores:
 & ubi est affatim pastorum, qui populum doceant, ac
 sacerdotū, q̄ laudes deo canant. Versantur ī aulis prin-
 cipum, ubi quid agant, in præsentia non referam. Inhi-
 ant testamentis, uenantur lucrum, subseruiunt princi-
 pum tyrannidi & ne nihil agere uideantur, notant ar-

contra monachos

*contra Papam et
Card.*

CV titulos

B E L L V M

tuculos erroneos, suspectos, scandalosas, irreuerentia-
 les, hereticos, scismaticos. Malunt enim ipsi regnare
 malo populi Christiani, quam suo periculo Christi re-
 gnum propagare. Atqui quos nos uocamus Turcas,
 magna ex parte semichristiani sunt & fortassis propi-
 ores uero Christianismo, quam plerique nostrum sunt.
 Quot enim sunt apud nos, qui nec resurrectionem cor-
 porum credunt, nec animam credunt corpori supersti-
 tem? Et interim per istos seuitur in hereticulos, qui
 dubitant, an Romanus pontifex habeat tus in animas
 igne purgatorio cruciatus, Eijciamus primum trabem
 ex oculo nostro, mox eiekturi festucam ex oculo fra-
 tris. Euangelicæ fidei finis sunt mores Christo digni.
 Quir urgemus ea, que nihil ad mores faciunt, his ne-
 glectis, quibus ceu colūnis subductis, tota fides semel
 collabitur? Postremo quis credet nobis prætextibus
 crucem, & Euangelij titulum, si tota uita nihil aliud
 undique præ se fert quam mundum? ad hæc Christus
 in quo nihil erat imperfectum, tamen linum fumigans
 non extinguit, & baculum confractum non cōminuit,
 iuxta prophetiam: sed quod imperfectum est fouet, ac
 tolerat, donec proficiat in melius. Nos totam Asiam et
 Africam ferro paramus extinguere: quū plurimi sūt
 illic uel Christiani, uel semichristiani? Quir non illos
 agnoscimus potius, hos fouemus & clementer emenda-
 mus? Quod si studemus imperio propagando, si inhi-
 mus illorum opibus, quir rei tam prophanæ Christi ti-
 tulum

Atheismus

B E L L U M

tulam prætexitimus? Quid quod interim, dum humanis opibus tantum adorimur illos, hoc ipsum quod superest nobis ex orbe totum in manifestum discrimen adducimus? Quantulus orbis angulus nobis reliquus est? Quātam barbarorum multitudinem quam pauci prouocamus? At dicet quispiam: Si deus pro nobis quis cōtra nos? Istuc merito dicet, qui solius dei præsidijs fretus est. Ceterum his, qui diuersis nituntur præsidijs, quid dicit imperator noster Christus Iesus? Qui gladio percutit, gladio peribit, Si uolumus Christo uincere, accingamur gladio sermonis Euangelici: assumamus galeam salutis, & scutum fidei: reliquamque ueram apostolicam panopliam. Ita fiet, ut tum maxime uicamus, quum uincemur. Sed finge nobis feliciter cadere Martis aleam, quis unquam uidit, ferro, cæde, incēdijs, prædatiōibus reddi uere Christianos? Sed depellenda est illorum uis a capitibus nostris. Quur igitur illorū uim, mutuis dissidijs in nostra capita prouocamus? Certe cōcordes non facile impetent, et nostris officijs citius ad fidem conuertentur, si seruentur, quam si perimantur. Malo Turcam ingenuum, quam fucatū Christianum. Nostrum est seminare semen Euangelicum, Christus dabit prouentum. Messis est copiosa, si non desint operarij. Et tamen ut ex Turcis reddamus aliquot male fideque Christianos, quot ex bonis Christianis reddemus malos, ex malis peiores? Quid enim aliud gignet tantus belli tumultus? Nolim enim hic suspicari

arma Christi
anoy

*Prætextus belli
Turcici*

*causæ bellorum
inter Christianos*

spicari quod tamen heu nimium sæpe compertum est, prætexi belli Turcici rumorē: ut hoc titulo spoliatur populus Christianus, ut oībus modis pressus, fractusq; seruilis ferat principum utriusq; generis tyrannidē. Nō hæc dixerim, quod in totū damnem expeditionem in Turcas, si nos ultro impetēt, sed ut bellum cui Christi autorem præteximus animis Christianis, Christiq; præsijs geramus. Sentiant sese ad salutem inuitari, nō peti ad prædam. Adferamus ad illos mores Euāgelio dignos: si lingua deerit, quibus cum illis cōgrediamur. Magnā habebit eloquentiā & ipsa uita. Adferamus fidei professionē simplicē uereq; apostolicam: nō tot articulis humanitus additis oneratam. Ea potissimū exigamus ab illis, quæ nobis aperte sacris uoluminibus & apostolorum literis tradita sunt. In paucis facilius erit consensus: & facilius constabit concordia si in plerisq; liberum erit in suo cuiq; sensu abūddare, tantū ut absit contētio. Verū hisce de rebus oībus aliquāto copiosius audietur, cū edemus librum, cui titulū fecimus Antipolemo, quē olī Rhomæ uita agētes, ad Iulii. ij, Ro. Pō. cōscripsimus, eo tpe, quo de bello ī Venetos suscipiēdo cōsultabatur. Illud deplorandū potius q̄ refellēdū. Siq; exactius rē excutiat, reperiet oīa fere Christianorū bella, uel e stultitia, uel e malitia nasci. Nō nulli iuuenes & rerū impiti, maiorū malis exēplis, historiā, quas de stultis prodidere stulti monumētis, ad hoc inflāmati, dehinc instigātibus adulatorū hortatibus exstimulātibus iurecon. ac Theo. assentātibus, aut cōniuentibus

PERDESERAS. ROT.

niuentibus episcopis, fortassis & exigentibus, temere
magis quã malitiose bellum suscipiunt, & tanto toti-
us orbis malo discunt, bellum rem esse modis omnibus
fugiendam. Alios occultum odium, alios ambitio, alios
animi feritas, in bellum impellit. Quandoquidem ne
nostra quidem ilias quicquam præterquam stultorum
regum & populorum continet iras. Sunt qui non ali-
am ob causam bellum mouent, nisi ut hac uia facilius
in suos tyrannidem exercent. Nam pacis temporibus
senatus autoritas, magistratum dignitas, legum uigor,
non nihil obstant, quo minus liceat principi, quicquid li-
bet. At bello suscepto, iam omnis rerum summa, ad pau-
corum libidinem deuoluta est. Euehuntur, quibus bene-
uult princeps, deijciuntur quibus infensus est. Exigitur
pecunie quantum libet. Quid multis? Tum demum
sentiunt se uere monarchas esse. Colludunt interim du-
ces, donec infelicem populum usq; ad radicem arrose-
rint. Hoc animo qui sint, an eos putas grauatim arrep-
turos, oblatam quamcunq; belli occasionem? Deinde
morbum nostrum honestis titulis præteximus. Inhio
Turcarum opibus, & obtendo religionis defensionem,
obsequor odio meo, & prætexo ius ecclesie. Seruio
ambitioni, sequor iram, rapit animus ferox & impo-
tens, & ruptum foedus, uiolatam amicitiam, omissum
nescio quid desponsalium legibus, aut simile quippi-
am causor. Iam dictu mirum est, quam non assequan-
tur hoc ipsum, quod affectant, & dum stulte uitant
hoc,

B E L L V M

hoc, aut illud malum in aliud, aut etiam in idem multo grauius incidant. Etenim si gloria ducuntur, non paulo magnificentius est seruare, quam perdere, multo pulchrius extruere ciuitatem, quā demoliri. Deinde ut prospero Marte res geratur, quantula gloriæ portio redibit ad principem, unde magnam partem sibi vindicat populus, cuius pecunia res confecta est, maiore miles exterus, ut plerumq; sit, & conductitius, nonnullam duces, maximam fortuna, quæ cum in omni negotio, tū in bello ualet plurimum. Si sublimitas animi stimulat in bellum, uide quaeso, quam non recte tibi consulis ista ratione. Dum uni non uis cedere, puta uicino principi, fortassis affini, forsitan olim bene merito, quanto abiectius te supplicem facis, dum suppetias imploras barbarorum, & quod est indignius omnium facinorum genere cōtaminatorum hominum, si modo homines oportet uocare huiusmodi beluas? Dum incestis, homicidis, prædonibus (per hos enim potissimum bellum geritur) polliceris, adularis, palparis. Et dum in æqualem feroculus esse studes, in fine mortalium feci te ipsum cogris submittere. Dumq; paras qualemcunq; finitimum suis sedibus deicere, pestilentissimam nebulonum colluuiem, in tuas sedes admittas oportet. Non fidis affini, & armatæ multitudini credis te ipsum? Quanto tutiorem poterat reddere concordia? Si lucro traheris, calculos adhibe. Placeat bellum, nisi uideris non æstimandis dispendijs, compendium peti, non solum

PERDESERAS. ROT.

lum longe minus, sed etiam incertum. Sed consulis
 reipublicæ, immo non alia uia citius, ac perditius pere
 unt reipublicæ, quam bello. Priusquam incipias, iam
 plus nocuisti patriæ, quam sis profuturus uictor. Ex
 hauris ciuium opes, luctu funestas domos, omnia latro
 nibus, furibus, stupratoribus imples. Has enim reliqui
 as parit bellum. Et cum ante licuisset uniuersa frui
 Gallia, a multis regionibus teipsum excludis. Si uere
 tuos amas, quin tibi illa ueniunt in mentem. Cur ego
 hanc tam floridam iuuentutem omnibus malis obijci
 am? Cur tot matronas suis maritis, tot liberos suis or
 babo parentibus? Cur titulum, nescio quem, & anceps
 ius, meorum asseram sanguine? Vidimus cum præte
 xtu defendendæ ecclesiæ, bellum esset susceptum, cre
 bris decimationibus sic expilari sacerdotes, ut nullus ho
 stis potuerit hostilius. Itaq; dum stulte uitamus foue
 am, ultro nos ipsos in foueam precipitamus. Dum le
 uem iniuriam pati non possumus, ipsi nos summis affi
 cimus contumelijs. Dum pudet morigerum uideri
 principi, supplices reddimur infimis. Dum liber
 tatem imprudenter affectamus grauissimæ seruituti
 nosmet irretimus. Dum paululum ueniamur lucri,
 damnis immensis nos ac nostros afficimus. Pruden
 tis erat hæc secum expendere. Christiani, si modo
 uere Christianus sit, rem tam tartaream, tam alienam
 a uita simul & doctrina Christi modis omnibus fu
 gere, deprecari, propellere. Quod si uitari
 nullo

B E L L V M

uitari nullo pacto potest ob multorum improbitatem, ubi nihil intentatum reliqueris, posteaquam pacis studio omnem moueris lapidem, tum proximum erit dare operam, ut mala res per malos geratur, & quam minimo dispendio humani sanguinis conficiatur. Si demus operam, ut re simus id, quod audimus, hoc est, nihil admiremur, nihil ambiamus, quod est huius mundi. Nam si tantum hoc agimus, ut hinc quam maxime expediti euolemus, si toto uisu rapimur ad coelestia. Si felicitatis nostrae summam in uno Christo collocamus. Si quicquid est uere bonum, uere splendidum, uere iucundum in hoc uno situm esse credimus, si persuasum habemus hominem piuum a nemine ledi posse. Si perpendimus quam inania sint, quam fugacia, rerum humanarum ludibria. Si penitus intuemur, quam ardua res sit, hominem quodammodo transformari in deum, & hic ita meditatione quadam indefatigabili repurgari ab huius mundi contagijs, ut mox abiecto corporis exuuiio, in Angelorum demigret consortium. In summa si praestamus haec tria, sine quibus nemo Christiani cognomen promeretur. Innocentiam, ut puri simus a uitijs. Charitatem, ut bene mereamur quoad fieri potest de omnibus. Patientiam, ut malefacientes toleremus, & si liceat, iniuriam beneficijs obruamus, quaeso quod bellum possit inter nos de nugis existere? Si fabula est Christus, cur non explodimus ingerue? cur illius titulo gloriamur? Sin is uere est
 & uia,


PERDES. ERAS. ROT.

¶ uia, ¶ ueritas, ¶ uita, cur omnes nostræ rationes
ab hoc exemplari tantopere dissident? Si Christum
autorem agnoscimus, qui charitas est, ¶ nihil docuit,
nihil tradidit, nisi charitatem ¶ pacem, agite non titu-
lis ¶ insignibus, sed factis hunc exprimamus ¶ uita.
Amplectamur pacis studium, ut Christus uicissim agno-
scat suos. In hoc pontifices, in hoc principes, in hoc
ciuitates, consilia sua conferant. Satis hæcenus fu-
sum Christiani sanguinis. Satis uoluptatum exhibui-
mus Christiani nominis hostibus. Quod siquid suo
more tumultuatur populus, a principibus cohibeatur,
quos hoc oportet esse in republica, quod oculus est in
corpore, quod in animo ratio. Rursum siquid turbant
principes, certe Pontificum est, sua prudentia, suaque
autoritate, rerum motus componere. Vel tandem sa-
tiati bellis tam diutinis, pacis tangamur de syderio.
Trahit huc ipsa calamitas, inuitat Christus, adhortatur
Pontifex, si quisquam alius uere maximus LEO de-
cimus, ac uere pacifici Salomonis nostri, uices agens.
Cuius omnia uota, omnia consilia, omnes conatus huc
tendunt, ut quos communis copulat fides, eos ¶ com-
munis iungat concordia. Hoc molitur ut ecclesia,
non opibus, aut imperio, sed suis ac proprijs dotibus ef-
flore scat. Pulcherrimum profecto munus, ac pror-
sum tali dignum heroe, clarissimis illis Medicibus pro-
gnato, quorum ciuili prudentia factum, ut inclita Flo-
rentinorum ciuitas, diutina pace fuerit florentissima,
quorum

B E L L V M

quorum domus omnium bonarum disciplinarum fuit
praesidium. ipse placidum ac mite sortitus ingenium, a
teneris, ut aiunt unguiculis, humanis literis, ac mā sue
tioribus musis est initiatus, inter eruditissimos viros,
ac uelut in musarum gremio educatus, uitam ac famā
inculpata, & ne in liberrima quidem ciuitate Rho-
ma, ulla unquam sinistri rumoris aspersam macula, ad
summum pontificium attulit. Ad quod hic non inges-
sit sese, sed nihil, minus quam hoc expectans, ueluti di-
uina uoce nominatim ascitus est, quo rebus humanis
longa bellorum tempestate fessis, succurreret. Sit pe-
nes Iulium belli gloria, habeat ille sibi suas uictorias,
habeat sibi magnificos triumphos. Quae quam deceat
Christianum pontificem, haud est mei similibus pronū-
ciare. Dicam hoc modo. Gloriam illius, qualiscunq; fuit,
cum plurimorum exitio doloreq; coniunctam fuisse.
Longe plus uere gloriae pariet Leoni nostro pax or-
bi reddita, quam Iulio pepererunt, tot bella per uniuersum
orbem, uel excitata fortiter, uel gesta feliciter.
Sed longius quam par est huic digressioni, uidebimur
immorari, ijs qui de prouerbis, quam de pace, belloque
malunt audire.

F I N I S.



Faint, illegible text, possibly a library or ownership mark, located below the stamp.



¶ *Finis BELLID. Erasmi Rot.
denuo ab ipso autore recogniti et
locupletati.*

184/472

~~AB~~ A 54 472

X 2203938




1844/2

~~AB 54~~

211








B.I.G.

Farbkarte #13



 BEL

L V M P E R D E S .
E R A S . R O T E -
R O

D A M V M

ex lib. Joh. Gier?

Apud Sanctam Coloniã. AN.
M. D. XXIII. Mense
Octobri.

